

montium pietatis gubernatores, & ministros spectat. Montes illi deposita apostolica, pauperum patrimonium sunt. Ministri horum montium pauperum ministri sunt, pauperum mercedem conducunt, pauperum stipendio alunt. Quid? Pauperum mercenarii splendide vivunt? Pauperum ministri curia incedunt, veste fulgent, divitis affluunt? Quid, si magnam redituum portionem ministrorum multitudine absorberet? Quid si ministri illi non levem pecuniam portionem, variis titulis sibi negotiandam applicarent? Quid, si ministri illi pignora sub laeta exponerent, & aliorum ope eadem villi pretio emerent? Illi ne pietatis montes? Illi ne Christi montes? Montes illi montes non pietatis, sed impietatis forent. Nihil tam sanctum, quod hominum depravari malitia nequeat. Immo quo sanctius opus est, eo sceleritius adulterare demon perentat. Cauti ergo sint sacrorum montium ministri, & gubernatores. Qui gratis exercere officia nequeant, levi stipendio contenti sint, memores quod pauperum, non divitum, ministri sint. Officia ista, & ministeria non his conferantur qui indigent, qui absque labore pauperum sanguine leginari cupiunt, & student; sed piis prohibent viris. Dum feligendi sunt, pauperum habebat ratio, non familiarum sustentatio. Multae familiae vivunt sacrorum montium ministrorum; sed verendum ne multae aeternum sint periturae hoc voratum pauperum patrimonium. Haec pauca de his montibus debita se fat est.

## CAPUT XXI.

De contractu trino, familiarum, & frequenti usura pallio.

In negro volumine, Romae anno 1746. typis edito, contractum hunc triannum prolegavi omni argumentorum genere. Verum quia opus istud rarum iam est, & verum difficile, ideo ne penitus ignorent lectores mei inutilitatem feneratorum istius contractus, quem obviam habeat in omnibus Moralitarum, qui ad manus sunt, libris, paucis quaestione de hoc trino contractu disputavi.

## §. I.

Contractus trini descriptio, & conditiones, eius origo, & progressus.

**T**riannum contractum primos *est societatis*, alter *affectionis*, tertius *redemptionis*. Singuli explicandi. Contractus *societatis* conventio duorum est, vel plurium de contribuendo aliquid pretio estimabile in commune lucrum, & damnum pro rata. Omnium consensu licitus & honestus est contractus iste. Quatuor conditiones postulat. I. Qui pecuniam, aut quamcumque aliam mercedem ponit, puta animalia, periculum subire debet. II. Negotio, aut ars, in qua collocandum vivum est, honesta sit oportet. III. Equitas servetur. IV. Capitale tradendum est possessione industria, nempe pecunia mercatoribus, animalia rusticis dec. In hoc primo contractu Caius ponit pecuniam, Maevius mercator indultum, & ambo lucrari, iacturam participes sunt. Secundus contractus *affectionis* capitalis vocatur. Caius qui pecuniam contulit, pacificatur cum Maevio, ut suam capitale ab omni periculo immune relinquit. Et pro hac affectione partem lucri remittit. Dedit 100. Lucrum ex negotiatione percipiendum, ut praesumitur, est duodecim. Remittit quatuor pro capitalis securitate, a Maevio praestanda. Tertius est *redemptionis* lucri maioris incerti pro lucro minori certo. Itaque Caius post duos contractus societatis, & affectionis, tertium inquit, quo vendit Maevio mercatori illud maius lucrum speratum incertum, nempe octo in loco pro minori certo reddendo, puta quatuor. Quibus peractis. Caius quatuor in centena percipit, omni labore, molestia, periculoque

liberatus.

II. Sola quaestio perspicua, & simplex expolitio utramque in oculos proicit. Si Caius simpliciter sermone dicat. Do tibi Maevio mutuo centum, ut quatuor in annos singulis mihi pendas, fenerator est. Si praefato verborum involvendo, & circumsione utatur utraque scelus declinavit. Mirifica sane ars, quae sola verborum circumsione vitia transmutat in virtutes.

III. Trini istius contractus originem iuniorum Theologorum gloria vertit P. Thomas Tamburinus, quem ego, sive ingenii aemulum, sive ordinis perpicuitatem, sive scribendi elegantiam spectes, inter iuniores nemini secundam reputo. Is *Lib. IX. de contractibus. cap. v. §. 3. num. 1. & 2.* hac scribit.

Ex

Ex vi solius contractus societatis non licet, re totum periculum in locum reicere, nisi clare patet. Verum INGENIOSI THEOLOGI, forte ab ipsis mercatoribus, quorum res interest, admouiti, invenerunt MODUM reiciendi totum periculum in U. NUM ex locis sine iudicibus.

IV. Vin' meliora? Societas, & securitas duo sunt quae natura sua simul stare nequeunt. At ingeniosi iuniores modum invenerunt simul coniungendi, extrema quae volunt natura sua contraria. Primum, qui contractus trini aliqua fecit semina, fuit Orlensis *Lib. V. tit. de usur. Sed obiter*, & ambigue loquutus. Eius opinionem confutat S. Antoninus Panormitanus, Ioannes Andreas, & communiter Canonistae. Ioannes Maior, Doctor Universitatis Parisiensis, primus omnibus contractum triannum defendit, suamque vocat opinionem ipse singulariter. Et repta P. Thomas Mercator, qui anno 1569. edidit tractat. de contract. testatur omnes ad unum Doctores eiusmodi contractum improbare.

V. Dominicus Soto prae ceteris post Cajetanum liberiori stilo contractum triannum profugavit; & Martinus Navarrus post Ioannem Maiorem pro contractu trino adversus Dominum Soto pugnare aggressus est, iuxta tamen sententiam incertus: quamobrem Pontificis definitionem percipiebat, quae anno quod Navarrus obiit, emanavit in eisdem sententiae condempnam. Siquidem Sixtus VI. anno 1586. consultationem edidit quae incipit. *Dilectabilis avaritia*, in qua contractum triannum damnari, in citato opere *Usura contract. trin. dist. 1.* evidenter, ut ego quidem arbitror, palam fecit.

VI. Antequam Sixtus V. damnasset contractum triannum, eisdem inventores, & assertores clamabant, contractum periculi plenum esse. Orlensis ait, non esse tutum in conscientia qui illum ad proximum reducit. Ioannes Maior primus inventor admonet, non esse proponendum populo, sed dissuadendum. Mercator testatur, contractum hunc ab omnibus Doctoribus oppugnari. Navarrus pontificiam decisionem avehat. In opere citato istorum Auctorum verba rescripsi.

VII. Primus qui post Sixtinam constitutionem propagavit contractum triannum, fuit P. Leonardus Lessius, quem secuti sunt Layman, Castropolus, Lugo, Bonacina, Diana, & alii plures. Mirabens forte, quod primi inventores adeo pavidi, & ancipites dubitaverint de contractus istius usura; quod post pontificiam constitutionem altius hunc

timorem exaggeraverint Bail, Abelly, Reginaldus, Salmanticenses, Bassius, alique eisdem contractus patroni. Sed admirandi rationem omnem amolitur P. Ioseph Gibalinus, acerrimus contractus trini propagator, qui *Lib. VI. de usur. cap. 3. art. 2. pag. 383. num. 3.* haec scribit. „ *Moneo dumtaxat* impudentiarum, plurimas sententias, ubi primum in scholis indocile sunt contra opinionem receptam, & vulgarem, nominatim *vide admodum* ab iis Auctoribus fuisse prolatas: tum ne vulgus Doctorum offendantur, quorum plerique ex praedictis opinionibus censent, & fere praedicti sententiam tenent: tum ne illi nondum bene discunt, eas sententias damnant: & denique ne qui illis male intellexit abuterentur. Ubi vero aliquando pensulicatus examinate sunt eiusmodi sententiae, & discula nube luce veritatis persulce, magno consensu recipiuntur, quae primum tunc vix parum tam prode audebant. Idem in nostro casu profertur accidit: Cum enim locorum aequalitatem constituit inter socios; & obligationes certi lucri, quamvis minoris, & securitatis foris praestanda ab altero loco, cum societatis natura pugnare iure merito sapientibus visum sunt: ubi vero advertebant haec onera non impossi loci contractus societatis, sed per nova pacta, & novos contractus, ad quos etiam celebrantur dos minime obligentur loci vi eisdem societatis; sed volentes, & sponte illa pacta, tanquam sibi commodiora, celebrant, in quibus etiam servatur aequalitas; cum onus quod imponitur uni socio, ad quod vi societatis non tenetur, compensatur eisdem & di pactis, quae in se spectata aequissima, & legitima sunt, & assertores celebrantur, conscientia vero non se deservunt, magno consensu trium istorum contractuum consueverunt probantur, hodieque omni timore discessu probant, & succedunt.

VIII. En quam fecunda sit & ferax probabiliter Theologia laodina. Magna consueverunt proleptur doctrina contractus trini? Ecquid non? Favet cupiditatis, pugnancia concocatur, solumque verborum aggestu usuram incredibilem transmigrationem in virtutem iustitiae mutat. Evangelicae Moralitatis & calce delapsa est, nunquam purior, nunquam splendidior quam cum primum illuxit. Ceterae artes hominum industria parte temporis revelata perficiuntur. Contra doctrinam revelata perferenda Deo prodit in lucem; nec hominum ora, & ratiocinatio perficitur, sed sepe involuitur, & obscuratur, Contractus trini inventum

igno-

ignorant Evangelista, ignorant Patres, & Theologi quatuordecim seculorum. Iunior inter pavorem & timorem quamdam adembrant imaginem, eam perolvere auctores, & tandem novissimi Probabilistae ultimum appoluerunt manum, & fors excussio omni timore, tamquam validissimum contra usuram amotum, dividendum. Si plura cupis, legis prelatam nostram *diff. 11.*

## §. II.

*Auctoritate tum juris civilis, tum Romane Sedis, tum Episcoporum, commentum triplicis contractus expeditur ut manifestum usura pallium.*

**I.** Plurimis documentis, quae fide exposui *loc. cit.* arectis tum a Concilis, populum Niceno, tum a Patribus, missis, pauca deibo. Jus civile societatem in qua loci pro rata non sint damni, & loci participes, damnat tamquam societatem leoninam, iniustum, & crudelem. Ulpianus *ff. Pro socio Lib. LII. §. 4.* Sicut *locum, tra damnum quoque sociis commone esse oportet, quod non culpa societatis ingit.* Item Paulus *Lib. LXVII. ff. Pro socio.* Cum societas contrahitur, tam loci, quam damni communitio intitur. Addit Ulpianus *Lib. LI. ff. Pro socio.* Aequum est ut cuius participavit lucrum, participet & damnum.

**II.** Summorum Pontificum testimonia. Innocentii III. Alexandri III. Gregorii IX. Gregorii XIII. *quae loc. cit.* retuli, praetereo. Ex constitutione datumtaxat Sixti V. quam integram ibidem attuli, pauca quae rem conficiunt, transferbo. „ Multi speculorum & hominum societatis nomen sive generatitius, contractibus praetendunt, hoc quali colore, & loco mercatoribus, officibus, & negotioribus, & aliis personis ... pecunias suas, & alias res societatis nomine constituunt ... ea conditione ut sors ipsa, seu capitalis, tum pecuniarum, quam animarum, & rerum saluum semper & integram exilat pro eo qui non indulgiam, aut operas, sed pecunias, & animalia, aut res eulmodi in societatem confert, ut omne periculum & damnum ab altero socio recipiente suscipiatur, contra aequitatem, & societatis iustitiam diversimode participantur: eos denique socios cum quibus contrahunt, plerumque pauperes, & egenos, quoque labore, & industria visitantes, quicumque tandem casus & rerum eventus consequatur, pacto & obligatione

confingunt, simulque etiam certi loci quantitatem, & summam, veluti tot pro quolibet contentario in Regulos annos, aut menses, pro alterum socium, durante societate solventiam praescribit, ac praescribunt ... Proinde nos ... huiusmodi mortui, bi contigunt, antequam in communem fidelium perniciem serpat, quantum Deo favente possimus, tollere cupientes, & attributa nobis apostolice potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo vultura constitutione damnamus, reprobamus omnes, & quoscunque contractus, conventiones, & pactiones posthac inviduos, seu inviduos, per quos, seu quas cavebitur personis, pecunias, animalia, aut quolibet alias res societatis nomine tradentibus, ut, etiam si fortuito casu quamlibet facturum, damnum, aut amissionem sequi contingat, sors ipsa, seu capitale semper saluum sit, & integrum a socio restitutum: sive ut de certa quantitate, vel summa in singulos annos, aut menses, durante societate, restituantur: sive in quolibet huiusmodi contractus, conventiones, & pactiones usus variis, & illicitis posthac censeri debere: atque in posterum non licere illis qui pecunias, vel animalia, aut alias res in societatem tradent, de certo loco, ut praesertim, persciendo inter se pacisci, & concordare, neque etiam sive ad certum, sive ad incertum lucrum convenierint, socios quae recipiant, ad sortem, seu capitale saluum, & integrum, ubi illud casu fortuito perierit, vel amissum erit, quovis pacto, aut promissione sibi obligare. Ac ne de cetero societates inaneant sub huiusmodi pallio & conditionibus, quae usurariam praevitent sapienter, directe interdiximus, & prohibemus ...

**III.** Tam luculenta & peripica est constitutio Sixtina, ut Lessius, Lugo, Filiucius, Bonacina, & alii ingeniosi iuniores subtilissima interpretamenta excogitaverint. Gelubre ad usum vocis oraculum, quo Pontifex opusculum declarare contendunt plures; ac si Pontifex iurimus solemniter constitutione decipisset Ecclesiam: suam doctrinam et proponendum, quam privato usum vocis oraculo retractavit. Omnia istarum commenta *loc. cit. diff. 1.* penitus labefacta. Qui ad iure vocis oraculum consurgunt, fatentur constitutionem adeo comparatam, & ineluctabilem esse, ut opus fuerit opposita Pontificis declaratione. Sed inventum istius vocis oraculi fabulam esse, Pontifici, & Ecclesiae iniuriosam, quasi una doctrina publice

altera contraria privatim Romae traderetur, manifestavi *loc. cit.*

Colmas Philareus Florentinus, Sixto V. iuppit, in opere eidem Pontifici Summo dicato, *Lib. I. cap. 13. pag. 50.* haec scribit. Magna inter Doctores fuit huiusque controversia, an socius possit alterius capitale assecurare &c. ... Sed hac controversia iam sublata est per constitutionem Detellabilis, Sixti V. in qua damnatur & reprobatur illa societates in quibus sunt cum socio illi duo contractus assecurationis capitalis, & certa quantitas fructuum. P. Ioannes Azorius, qui pariter tempore editae conditionis vivebat, idem testatur III. Part. Lib. IX. cap. 19. Pontifex constitutione edita declaravit, generatitium & usurariam esse societatem in qua pactum est, ut socius pecuniam quae in communem confertur, suo damno & periculo suscipiat, ita ut in omni eventu tantumdem reddere debeat, quantum accepit. Optabat Navarrus ut Pontifex declararet, tale pactum in societate licitum esse, & iustum. At contra Pontifex declaravit, ac DEFINIUIT; ut superiori capite dixi in vi. quesi. Theologorum, & utriusque iuris Doctorum sententia semper fuit tale pactum esse generatitium.

V. Contentus Episcoporum Europa, qui Sixtinam constitutionem in suis diocesis promulgaverunt, & commentariis illustrant, damnat contractum triplicem. Nove Archiepiscopi, & Episcopi Hispaniarum non solum improbant contractum hunc; sed damnandum etiam supplices obtulerunt Apostolicae Sedi, simul cum aliis 332. laxissimum propositionibus, suaque precas insaurant ante regnatum Pontificem summum BENEDICTUM XIV. Libellum, typis editum, continentem 332. propositiones damnandas penes me habeo: & replea censuris Romae fuserunt notatae propositiones, sed decretum haecenus publicatum non est; speramus tamen fore ut sapientissimus Pontifex feliciter regnans BENEDICTUS XIV. brevi formaliter evulgaturus illud sit. Porro inter praefatas propositiones prohibendas haec recenseretur num. 157. Ex contractu uno aliquod ultra sortem in pactum deducere non est legale.

VI. Illustrissimus D. Bartholomaeus De Espino, & Cisneros, Episcopus Malacitanus, Sixtinam constitutionem, in lingua hispanica veram, in sua diocesi evulgavit, eamque doctissimo commentario typis edito illustravit an. 1698. Titulus Commentarii hic est: *Tractatus de usura personata in contractu uno.* Ex ungue leonem. Refert in

Conc. Theol. Tom. VII.

super decretum sacre Inquisitionis Hispanicae adversus eundem contractum.

VII. Universitas Parisiensis anno 1665. contractum unum damnavit. Si contractus societatis adiungatur contractus assecurationis capitalis, ac venditionis loci inerti pro certo, vivitate trium horum contractuum licitum est exigere lucrum certum cum assecuratione capitalis. Haec est propositio callosa. Audi in eadem latam censuram. *Falsa est, scandalosa, inducens ad usuras committendas, variolosa, operans artes eas palliandas, infirmam, & caritatem violandam, & a sacra Facultate iam damnata.* Censuram hanc renovavit eadem sacra Universitas Parisiensis anno 1717. *Vi trium, ut aiunt, contractuum, scilicet societatis, assecurationis summae principalis, & venditionis maioris loci inerti pro minori quod certum sit, lucrum exigere, vel intendere usura est.*

VIII. Sixtinam constitutionem acceptatam in Belgio fuisse testatur Anselmus in *Tribun. Belgico* cap. 167. Synodi Mechliniensis *tit. de usura.* Cameracensis *tit. XIII.* Ipresis *tit. xxx.* & Atrabatenis contractum unum ut generatitium damnant.

IX. Italiae Episcopi similiter hunc dirisovere contractum tanquam usurarium Cardinalis Debonhoff, Episcopus Celenantensis in suo edito pastoralis, typis edito an. 1694. Pontifex (Sixtus V.) damnavit sua bulla, Detellabilis avaritia, societatem irini contractus tanquam usurariam, & vetuit ne in posterum coiret ... iure summo cum damnavit non modo in foro exteriori, verum etiam in interiori ... & vetera quicumque serio animo fecerim reputaverim, colligere nullis in mundo illicitas fore usuras, dummodo moderate sint, semel admissa irini contractus iustitia: quoniam semper in quolibet negotio iustitiam contractus irinus, *in expressis, saltem implicitis.* Latine vera ex italica lingua fide sumpta. Lucas Trapanus, Episcopus Sicilensis, in Synodo celebrata anno 1716. *Part. 1. cap. vi. §. 4. num. 3.* inter generatitios contractus numerat illum qui famulos contractus irini contractuum nominatur. Franciscus Layerius, Episcopus Umbraicensis, in Synodo habita an. 1727. *tit. ix.* haec statuit. *Contractus irini contractuum (quoniam vici, vel nunquam in nostra diocesi irini contractus) societatis scilicet, assecurationis, & venditionis loci maioris inerti pro lucrominori certo, tanquam usurarios, & profectus esse apostolica constitutione (Sixti V.) vestris diocesis volumus innotescere, ut ab illis casu occurrente valeant abstinere.*

T. X.

X. Infinitus essent, si omnia Synodorum, & Episcoporum decreta in damnationem contractus trini lata referre vellem. Constat quæ scripti *dissent.* 1. & 11. cit. oper.

## §. III.

**BENEDICTUS XIV.** feliciter regnans declaravit contractum trinum damnatum esse a Sixto V. inaudita paradoxa Lessii, Gibalini, & aliorum.

**I.** Sapientissimus Pontif. **BENEDICTUS XIV.** ad Ecclesie catholice splendorem, & ornamentum feliciter regnans, in suo precelesti noctissimoque opere de Synodo &c. sapius laudato *Lib. VII. cap. 1.* declarat, Sixtum V. damnasse tanquam usurarium contractum triplicem. Hæc sunt illius verba. „ Hic porro est trinus ille contractus quem celebrem fidei exorta inter „ Dominicum Sotum & Martinum Navarrum „ discordia. Putabat nimirum Navarrus, „ tres predictos contractus simul, & cum „ eadem persona, tuta conscientia iniri posse; „ atque ab usuraria praxitate impunes esse „ cap. XVII. num. 254. & *segg.* Sotus ex „ adverso asserbat, trium illorum contractuum conjunctionem degenerare in matuum feneratium, & societatis leges quæ „ lucri, damnique communionem exposcunt, „ evertere; suamque assertionem pluribus „ propugnabat argumentis quæ vixi postulat in eius opere de iustitia *Lib. VI. quæst. VI. art. 2.*

„ Causa delata est ad Sixtum V. Pontificem Maximum, qui diligenter quæsitio- „ nis discussa, duplicis securitatis rationem, „ societatis adiectam, **USURARIAM PRONUNTIAVIT: EAMQUE DEINCEPS FIERT PROHIBUIT** sua constitutione 66. quæ incipit *Detestabilis*, edita anno 1586. *Tom. IV. Bull. pag. 263.*

II. Quid ad hæc iuniores? Reponunt, Pontificem summum non loqui ex cathedra, sed tanquam privatum Doctorem. Eilo. At sapientissimi Pontificis etiam ut privati Doctores, auctoritas prævaleat centum Probabilibus. Quod ibidem num. 4. subdit Pontifex sanctissimus, videlicet *plures*, & non obsecravit nimirum Theologos *postiores* trinum contractum ad usura absolvere, omnium plorum lacrymas exprimere debet. Quandoquidem innumeræ sunt opinioniones a iunioribus inventæ, hæc sane laxissimæ, quæ Moralem christianam contriunt; ut testatur Alexander

VII. Novæ benignitatis non pauci asserunt, dum eadem salutaris, & improbabilitatis, aculeas auferunt, damnum non esse ab Apostolica Sede damnatum. Ergo inferunt, eas ut probabiles reputandas. Si Apostolica Sedes eadem damnat; tum aliqua distinctiuncula damnatio eliditur, & pontificie constitutiones vanissimis commentis frustratione redduntur. Vix una ex tot summorum Pontificum constitutionibus adversus novas opinioniones, amplificantes superfluitatis, cupiditatis, & libidinis conania, prodit, quin vanis commentis, & cavillatoriis interpretamentis fuerit obnoxia. Inret Theologos, a Pontifice Maximo **BENEDICTO XIV.** citatos, qui post Sixtinam constitutionem ab usura absolvent contractum trinum, præcipui sunt *Lessius, Gibalinus, Lugo.* De duobus primis aliqua nunc, de tertio alibi.

III. P. Leonardus Lessius, non inferioris sublelli Theologus, primus fere omnium Sixti V. constitutionem vanam reddere, & pro trino contractu, veluti pro aris & focis, pugnavit aggressus est. Vix ullam morum controvertiam tam fule veravix quam hæc de contractu trino, ut ipse testatur. Ne quid per invidiam dictum appareat, præcipua commenta contra prælatam constitutionem, & argumenta illius pro hoc contractu paucis indicabo. Inter plurima argumenta quæ pro contractu trino addit, hæc nunc transcribo, infra cetera excelsurus. Inquit *igitur Lib. II. cap. xxv. dub. 3. Sentio esse expeditens, præsertim hoc tempore, & ad salutem animarum, & ad commodum Principum, & ad compendium viduarum, & pupillarum hæc formam (contractus trini, & quidem impliciti) non prohiberi, sed permitti. Quod ad salutem animarum expedit, probatur. Quia si hæc forma prohiberetur, subtrahitur plurimis qui reditus non habent, nec venales inveniunt, ratio vivendi, salva forte, quam tamen omnes conservatam volunt. Hoc est principium capitale. Omnes salvam volunt sortem: omnes quoque simul lecitari: omnes item simul peccare nolunt. Ergo inveniendi doctrina est quæ hæc omnia simul conciliat hoc præsertim tempore. Hoc præsertim tempore? Non tempore Christi, non tempore Apostolorum, Patrum; sed hoc præsertim tempore, quo Sedes Apostolica hunc contractum damnavit. Alioquin, pergit continuo ibi num. 32. P. Lessius, *conferent* se ad *iniquas artes, ad occultas usuras* (minus ne malum quod sine publicæ?) ad fraudes emptio-num, & venditionum, ad cambria seculæ, & sic,*

ad mobillas, monopollia, furta. Alii paucis annis sortem consument; sique filio non poterant honeste collocari, nec filii in studiis liberalibus ali; atque plurima incommoda sequuntur.

Quod ad commodum Principis, & Reipublicæ attinet, patet. Si enim hic contractus prohiberi fuerit, non poterunt mercatores Principi suppeditare pecuniam, nisi sub maximis detrimentis &c.

Quod etiam ad commodum viduarum, pupillarum, & plurimorum aliorum, qui alia ratione fructus suam pecuniam non possunt impendere, expedit hunc contractum permittere, constat ex dictis: alioquin consument sortem, & tandem redigentur ad inopiam, & ad turpia lucra se convertent.

IV. Ab hæc arguendi ratione Christianæ Moralis relaxatio profecta est. Quia nolunt homines, inquit Augustinus, se conformare ad legem Dei, detorqueant Theologi non pauci legem Dei ad mores hominum. Hæc arguendi ratio funditus evertit, ut mea minima præsert opinio, universam sacram Scripturam, & totum Decalogum. Sed audiamus quid ad Sixtinam constitutionem respondeant.

V. Nec obstat (subdit ibi num. 33.) quod Sixtus V. in constitutione edita an. 1586. 12. *Kel. Nov. damnet, & reprobet omnes contractus imposterum inveniendos, per quos cavebitur &c. .... Quia, non obstante hac constitutione, in Italia maxime viget, & semper viget ista forma contrahendi.*

VI. Bella sane argumentandi forma. Evangelio promulgato, grassantur scorta, adulteria, furta, peruria. Ergo hæc scelera Evangelio non advertebantur? Post constitutiones pontificias contra propositiones Baianas, Iansenianas, Quezelianas, superstitiones Sineses, & Malabaricas, vigent errores Baiani, Ianseniani, Quezeliani, superstitiones Sineses, & Malabaricæ &c. Quid inde?

VII. Reponit ibidem P. Lessius, in Italia Sixtinam constitutionem nunquam fuisse receptam. *Multa minus*, inquit, *fuit recepta hic in Belgio, ubi neque fuit unquam promulgata, neque cognita.*

Simili modo Pius V. an. 1569. multa *Baptuit de censibus, v. g. ut stantur super re immobili, fragilera, certis finibus designata, ut re prærente, peccat census pro rata, ut pecunia vestia numeretur. .... & iubet contractum censeri usurarium, si aliqua ex his conditionibus defuerit: tamen, quia hic in Belgio illa constitutio non est recepta, nemo sibi facit scrupulum, etiamsi eam non servet.*

VIII. Opportunissima est doctrina Lessii P. Michaelis Elizalde responso, *Lib. VIII. quæ. viii. §. 8.* Oraculo Pontificio... „ conat nobis, quibus Sedes Apostolica in suo hico est, irreplebile modum de rebus „ conscientie opinandi, omnino alienum a simplicitate evangelica, & a doctrina SS. „ Patrum. Si qui vero erunt quoraculo pontificia pro re sua maximi faciant (N. B.) „ contra se vero nihil pendant, hoc sane bonum vox est. „ Si constitutiones immo- „ rales Ecclesiam suam, quibus morum contro- „ verſie deſiderantur, tanta facilitate elidunt pro arbitrio, ac reſiciunt nonnulli benignioris Ethicæ patroni; quæ esse cum illis disputatio potest? Namquid constitutiones pontificiæ, quæ morum præcepta divina interpretantur, a populorum acceptatione pendunt? Quam aniam non præbet Iansenius, pontificis definitionibus resistendi, hæc opinandi modus? Clamant repleta homines isti, constitutiones contra semetipsos laxas, obsequio summo, exclusis constitutionibus, acceptari; & contrario alias constitutiones contra opinioniones laxas, superstitionis & scandali plenas, cavillari, extenuari, deludi.

IX. Tandem concludit P. Lessius suam prolixam disputationem his verbis. *Hæc fiesus præter morem meum persecutus sum, quod videam adhuc a quibusdam propter UMBRAS quasdam U. S. U. R. E. hunc contractum damnari, cuius prohibitionem hoc tempore cum damno publico futuram non debuerim. Pape! Propter umbras utare? Umbra ergo sunt Romanæ Sedis constitutiones, tot Episcoporum, tot Synodorum, tot Universitatum ex universa Europa decreta contra usuram istius contractus? Umbra ne ista? Quid quidem clamat? Quid quod non modo ante Sixtinam constitutionem omnes Ecclesie Doctores, & tribus, aut quatuor Theologis exceptis; & post hæc constitutionem nobiliter Theologorum, & Canoniarum natio ut feneratium damnant hunc contractum; verum etiam argumenta luculentissima, a iure naturali repetita, eisdem evincunt usuram; & P. Lessii, atque aliorum rationes, ut mox videbimus, vanæ sunt? Sed ad P. Gibalinum transierimus, alterum trini contractus celeberram patronum.*

X. Itaque P. Gibalinus *Lib. VI. cap. v. art. 3. num. 5.* commenta P. Lessii transcribit contra Sixti V. constitutionem, nempe aut non esse receptam in Gallia, in Belgio &c. aut intelligendam de aſſecuratione vito-

cietatis adiecta. Sed hæc interpretatio est mera chimæra. Nam vi societatis non potest poni nisi contractus societatis. Societas, cum includat essentialiter lucrum, & damni communionem, natura sua excludit affercionem. Luce meridiana clarius Sixtus V. loquitur de duobus adiectis societati contractibus, de quibus tum controversia erat, quam Pontifex definitivè. Namquid inter Sotum & Navarrum his erat de affercione vi societatis adiecta? Sed recipit Gibalinus ad fabulam vivæ vocis oraculi: & tandem coactus fatetur, eiusmodi contractus solum prohiberi iure positivo, ubi SIXTI constitutio recepta fuerit. Nullibi pedem figunt; sed hæc atque illuc se rotant, ut ab hæc pontificia constitutione elaborentur. Sed hæc obiter.

XI. Robustum argumentum relucibendum est, quo P. Gibalinus damnat Theologos contractum trinum distantes. Scribit ille Lib. VI. cap. v. art. 1. num. 5. pag. 384. Sempronium, conscientia factum, contractus adiecti, virtum doctum, de hoc contractu adiecti inquit sibi fuisse ab aliquo viro pio religionem usuraria labis, de qua ipse nunquam cogitavit. . . . Rogat igitur ut illum sibi scrupulum evellat, paratum se esse ad omnia præstantia que ipse arbitratur: sive abstinere iubeat ab eiusmodi contractibus, & pecuniam suam repetere, illamque in alia quævis impendere; aut si id nequeat, otiosum potius relinquere quam inique, & per usuras agitare, sequere lucra omnia, si ipse iniqua censet, restitutum: denique se male sua iacturam pecunie, ac fortunarum omnium quam anime, atque salutis facere. Quare scident pronuntiet quid censet; & ad omnia se obsequentiissimum fore pollicetur.

XII. Quis exemplo istius Sempronii se diviti amoris igne succentum non experitur? Felices Confessarii, si tales semper haberent Sempronios, ad omnia consilia suscipienda promptos, paratque ad fortunarum omnium iacturam subeundam potius quam periculo eternum perendi animam committere. Accipe nunc Sulpitii, docti probeque Theologi, consilium quod tibi narrare persequitur P. Gibalinus.

XIII. Sulpitius respondet, illam delasum fuisse, & in fraudem inductum, usuras, & multatiam, quomodo ignarum & iratum, commisisse. Itaque illi auctor est ut deinceps ab huiusmodi iniquo commercio abstinat, repetat suam pecuniam, & in alia quæpiam lucra legitima impendat, reditus annuos, aut prædia comat, usuras acceptas restituat, aut sibi condonari a suo mercatore prooveat. Re-

spondet Sempronii pietati, sinceritati, & sanctitati, prudentia, zelus, & christiana Sulpitii Theologia.

XIV. Aures arrigito, animumque intendito, ut audias F. Gibalinum irruentem, atque his verbis declamantem in miserum Sulpitium Theologum Antiprobabilissimum. Dico ERGO, Sulpitium hoc responso imprudenter abusum esse Sempronii facilitate, illic gravem intulisse iniuriam, atque eam damnari, quod REPARARE TENETUR. Que omnia sigillatim ostendo. . . . Qui enim ex conscientia probabili (N. B.) operatur, ex reâ conscientia, & legitima operatur. . . . Ille porro agit ex conscientia probabili qui opinionii præcæ probabili insistit. Ergo &c.

XV. Lugendum non hic est, an exclamandum? O tempora! O mores! Sulpitius abutitur facilitate Sempronii penitentis, parati ad iustissimam doctrinam suscipiendam? Reus est, quod tam piis votis obsecundavit? Ut tuis armis singulum tuum petam: si qui ex opinione probabili operatur, prudenter operatur; Sulpitius autem probabili opinio est quæ usuras damnat contractum triplicem; cur ergo eundem temeritatis, imprudentia, iniquitatis arguit? Sed melis te premere armis volo. Concedere tibi gratis volo, probabilis esse opinionem tuam, quam saltam, chimæricam, bonoque sensui adversam mot ostendam. Quid inde? Sulpitius, Romane Sedis auctoritate presertim tutus, probabilis, immo unice veram, reputat sua sententiam. Penitentem Sempronium videt Dei amore succentum, salutis lute desiderio flagrantem, ad omnium divitiarum iacturam ferendam paratissimum, ut perdat & anime periculum declinet. Et Sulpitius imprudens, temerarius, iniquus erit, quod tam pio Christiano securiorum viam attingendi portam aperiat? Quis vel laxiorum Casuistarum unquam dixit, sui letalis culpe poena amplectendam esse opinionem minus probabilem? Quis unquam negavit, Christiano optime parato suadendam esse saniorum doctrinam? Quid quod in materia iustitie vel ipsorum Probabilistarum plures Probabilissimos damnant? Restitutori ne fabulites, & peccati damnabis iudicem, qui iuxta securiorum doctrinam de iustitia controversas dirimit? Sed quid te, Gibaline Pater, arguentis urgeo? Nonne ipse factus supra es, hunc contractum simile admodum inventum esse? Nonne omnes istius contractus inventores, & factores clamant, eundem esse adieci plenam; tuncque esse ab eodem abstinere? Et tu, homo Dei, imprudentia præ-

pravitatis, & temeritatis damnas Sulpitium, quod optimo Christiano Sempronio suadeat doctrinam tuam; ab omni periculo Deo displicendi, proximumque ledendi immunitem? Hæcine malorum Probabilissimas detrahit? Si plura de hoc cupis, lege citatum nostrum tractatum diss. III. cap. III. ubi fufè rescripti doctrinam P. Gibalini, & pluribus eandem prolugavi.

## §. IV.

Luculenta rationum momenta, que evincunt, contractum trinum esse merum figmentum casuisticum, spectatis dumtaxat contractuum naturis mutuo pugnantis.

I. Natura societatis quatuor constat, consensione voluntatum, personarum coniunctione, rerum operatumque collatione, luci dantique communiõne. Contractus trinus, si factum spectet, chimæra est. Quanam inter hos contrahentes fraternitatis necessitudo? Quanam amicicia federa? Quanam inter eos communis arca, in qua collocanda pecunia sit? Quanam bonorum, & damnorum communiõ? Quid quod mercator acceptam pecuniam pro ingenio distrahit, aut in latifundia emenda, aut in filiam nupti tradendum, aut in negotia arbitria, socio inconsulto? Nec locus pecunie collator de hoc queritur; immo ne cogitat quidem. Societas ergo ista, si vel ipsi factum spectet, chimæra casualitica est, ad tegendam usuram iniquitatem excogitata ab ingeniosis Theologis, inquit P. Tamburinus.

II. Secundum rationis momentum atrefco ex natura primi adiecti contractus, affercionis, & venditionis respectu eundem personæ. Ut argumentationis efficacitatem ferone, premonere, nullum nunc esse de iniustitia, aut usura istius contractus sermone. Sola societatis essentia expenditur. Quibus positis, hæc formo argumentationem.

III. Contractus ex tribus specie diversis & mutuo pugnantis contractibus coalescens, figmentum est, sola mente conceptum. Eiusmodi est contractus trinus. Ergo chimæra. Probo minorem. Naturam primi contractus societatis perspetam ex iis que dixi, habes. Que sit aliorum contractuum natura, expono. Essentia secundi contractus affercionis suscipit rei alienæ periculum. Periculi istius prælatio, iure susceptio, excludit omnem communionem damni & lucti;

societati necessariam. Essentia terti contractus venditionis & emptiõnis loci maioris sperati transfert dominium a venditore in emptorem eundem loci sperati ex negotiatiõne: quod dominium essentialiter in societate commune sit, necesse est. Posito autem venditionis contractu, nullo modo venditor, & emptor communicant in hocce dominio, quo, iure emptiõnis, emptor solum potitur, & iure venditionis, venditor omnino caret. Ergo contractus triplex, ex his tribus contractibus mutuo essentialiter pugnantis constitutus, larva, & chimæra est. Nec est quod reponas, pretio redimi periculum istud, & æqualitatem continui. Quoniam, ut dixi, non de iustitia, sed de contrarietate, & pugna horum contractuum nunc nobis certamen est. Tollatur duabus pactionibus adiectis, per me licet, iniustitia, inæqualitas, usura, de quibus infra. At non auster propterea impleabilis pugna, & oppolito, qua le mutuo hi tres contractus perimunt, & destrunt. Sed, societate precepta, fatentibus omnibus adversariis, lacrum est usurarium. Ergo chimæricum lateri contractum trinum cogitur.

IV. Evidentius expho essentialiam contradictionem. In hoc triplici contractu idem omnino Sempronius respectu eundem rei haberet, & non haberet bonorum, malorumque communionem; esset, & non esset rei periculo obnoxius. Elaberet periculum rei suæ, qua locus; non haberet, vi affercionis emptor. Haberet ius ad lacrum, qua socius; non haberet, qua illud vendidit. Socius operarius haberet lacrum incommunicabile, erga, ut emptor, eundem absolutus quærit dominus; haberet vero communicabile, qua socius. Periculum pecunie affercite subire solus, qua affercurator; non subire solus, qua socius. Hæc manifeste contradictiones occurrunt respectu eundem omnino & rei, & personæ. Hæc collige quam puerilis, & levilica sit advertatorium argutatio, cui unice fidunt. Potest contractus affercionis iniuri cum tertio: ergo & cum socio. Non advertant autem Logici, ad tollendam contradictionem, & pugnam lat esse variari subiectum, seu personam. Sed de hoc infra.

V. Nimis metaphysica hæc sunt, inquit. Habeto eadem faciliore exposita ferone. Cautione posita de forte præstantia, & lucro maiori incerto vendito pro minori certo, quid remanet societatis? Remanet, subdit, dominium penes dependentem pecuniam. Remanet, quia dicitis, non remanet, quia

illud vendit. Evincit. Essentialis domini proprietatis est, ut res domino sit, aut cadat. Si hæc a domino auferas, non minus dominium delinis, æo destrues hominem, si ab eodem rationibus auferas. Remaneat, inquit, dominium apud deponentem: quia socius operarius nequit pro arbitrio pecuniam nisi in negotiationem distrahare. Hæc, ut vidimus, manifesta falsitas est. Immo, quia rapta pro arbitrio, postis duobus contractibus, illam pecuniam aut ad prædicia emenda, aut in commercia inenda, aut in filias nuptiæ tradendas distrahant, societatem chemicam diximus. Sed verum fit quod reponis. Ergo hæc societas plquam leonina est. Nulli in commo- do subiacere vis, nulleque periculo: & una arctare locum contendis, ut nonnisi in eam que tibi aridet, negotiationem distrahant pecuniam illam que unius illic commo- do, & incommo- do sit? Tyranidem, non societatem, non fraternitatem, hæc sapient.

VI. Reponis. Contractus affecutionis est præter, non contra naturam societatis; quemadmodum non contra, sed præter naturam est commodati, locati, depositi. Hæc exempla ingulum tuum petunt. Socius accipit pecuniam consumentam, depositarius custodiendam, eademque numero restituendam: idcirco depositarius auctoritate pecuniam sub deposito acceptam potest. Concede depositario non custodiam tantum, sed ulum pecuniam cum onere restituendi tantumdem: quid tum? Depositor immigraret in mutuum; & dominium transiret in depositarium, seu mutuatarium. Quod si velis, cum natura depositi nitam pecuniam quam deponis, coniungere; tum chimiram ex duabus naturis mutuæ, & depositi oppositis confilas. Adversarii, vim ratiocinii nostri elevare nescientes, se recipiant ad paritates, *seu periculis*; que quemdam fucum imperitiosæ facere valent, ob quamdam unius rei cum altera affinitem, ut aliquo modo vinculis elabuntur. Sed fophsitarum hæc artes sunt, non Theologorum.

## §. V.

Duo contractus affecutionis, & venditionis lucri incerti maioris pro minori certo, adiecti contractui societatis, signenta sunt.

I. **A** Cum in abutuntur suo ingenio Theologi, dum contractum affecutionis in societatis contractum intrudunt. Affecutionis contractus cum tercio verus contractus;

cum socio pura putaque chimara. Cernus sua confitas natura, hircus sua: separatum nullo modo pugnant; coniunctum hircocervi chimaram efficiunt. Affecutione absolute spectata, & in eum obquem insituta finem est, peracta, legitimam contractum efficit. Contractui societatis coniuncta in materia iustitiæ hircocervum constituit. Evincit. *Sempronius capitalista* quingentos ducatos *Caius mercator* in societatem tradit. *Caius* pecunia accepta merces emit aut in suis officinis vendendas, aut per mare vel loca terrestria periculis obnoxia ad alias nudinas alportandas, vendendas, permutandasve. De hoc affecuto diffidum nullum? Si merces emit in propriis officinis vendendas, a quibus cavere periculis formem debet? Apericulis maris, incendiis, piratarum? Locatis? A quibus creditio vendit? At pro cavendo periculo recipere a *Caius mercatore Sempronius capitalista* pretium nullo modo potest: tenetur enim *Caius mercator* societatis iure eam prestare diligentiam quam in re propria adhiberet, ut emptoribus qui sint solvendo, merces vendat. Quod si de illorum fidelitate ambigat, pignus postulare debet. Nec maior in societate deliderari diligentia potest. Pretium ergo pro illius diligentia, vi societatis prestandæ, affecutione exigere non valet. An affecutionem de sui ipsius fidelitate prestare debet? At quis unquam ab orbe condito affecuravit se fore in ministerio fidelem, & pro tali affecutione pactum pretium recipit? Quis nunc est qui non videat quam sit ridicula, quam vana, quam lepidula estmodi affecuratio?

II. Quid ergo superest nisi ut affecuratio præstetur de facture periculo, aut diminutionis fortis præter spem negotiationis obvenientis? Merces enim marcescunt, crettere, decrescere pretio valent, tradandæ, custodiendæ, distrahendæ a famulis mercatorum sunt. Ab his periculis *Sempronius capitalista* postulat sibi affecurari a *Caius socio mercatore*. Verum pericula hæc intrinseca sunt negotiationi. *Sempronius*, fatentibus adversariis, vult societatem, vult negotiationem. Vult negotiationem? Ergo necessario vult pericula que intima, & inseparabilia a negotiatione sunt. Alioquin non societatem, non negotiationem, sed chimaram vellet. Ergo affecuratiorem ab his periculis negotiationi insitis recipere, seu emere nullo iure *Sempronius* valet. Intelligent ergo acuti iuniores, affecuratiorem fieri dumtaxat posse de periculis extrinsecus negotiationis

ob-

obvenientibus, que vocantur pericula iuris, non facti.

III. Euculentissimo exemplo doctrinam explico. Cedo. *Cur Caius mercator, & socius cautionem Sempronio* prestat; cum illius industria sæpe pecunie valorem aquet? *Calum* sub opposito aspectu expendamus. *Sempronius capitalista Caii* mercatoris socii operas, industriaque affecurat, ita ut si negotium sinistrite verat, debeat *Sempronius* operarum, industriaque valorem *Caius* socio mercatori solvere. Quæro? est ne isthæc affecuratio? Mihi inquit, *Cur?* Quod periculum amittende opere, industriaque intimum est negotiationi. Quoties enim *Caius* mercator lubere periculum illud refugit, exigiteque pro sua industria & opera mercedem, locat operas, & negotiationem prolas relipuit. Transiret ergo tum affecuratio in locationem. Simili omnino ratione, dum *Sempronius capitalista* subire reculat pericula negotiationi intrinseca, sed pacto pretio eadem in *Caium* socium relicit, necessario relipuit negotiationem, ab his periculis inseparabilem, vultque puram mutuum. Quandoquidem sicut abique pecunia negotiatio non constitit, ita neque abique labore, & industria; sed ex his duobus coalescit. Ergo si industria, & operarum *Caius* socius affecuratiorem, societate consistente, exigere nequit, pariter nec *Sempronius capitalista* perire potest ut *Caius* socius affecuratiorem præstat de fortis periculis, que intrinseca societatis sunt, non secus ac industria negotiationi. Provocho omnes Probabilitates, ut quid discriminis assignent. Porro si merces empta per loca aut maritima, aut terrestria transehendæ essent, tum affecuratio locum haberet, quatenus a periculis extrinsecus advententibus cavere formem affecurari deberet. Tum enim si fors aut piratarum rapinis, aut maris naufragio periret, restitueret illam affecurator deberet. Verum nunc sermo non est de hæc affecuratiore, que est contractus alex, ut infra dicitur: & a solis periculis iuris, seu extrinsecus advententibus indemnitatem præstat. Loquimur nunc de affecuratiore a periculis que negotiationi intrinseca sunt. Nam iuxta regulas veræ affecuratioms, si merces evadant pericula maris, piratarum, incendiis &c. pereant vero in negotiatione, vel quia marcescunt, vel quia pretio decrescunt, & tandem sub finem negotiationis in nihilum recidunt: nihil restitueret affecurator debebit; quia tantum de tribus, quatuorve periculis, extrinsecus contingentibus, cautionem sponpondit. Verum affecuratio caluistica, contractui trino adiecta,

ab omnibus periculis tum extrinsecis, tum intrinsecis cavere debet: & ideo imaginaria, inaudita, chimærica, ut ego arbitror.

IV. Tertius contractus, quo lucrari maius incertum pro minori certo venditur, non minus commentitius est. Nam postulo secundo affecuratioms contractu, iam fors perit, vel frugifera, seu lucrola evadit affecuratori. Ergo lucrum quod ex tali forte redit *Caius* affecuratori, emptioms materia non est: & *Sempronius* iniuste vendit quod suum non est. Præterea quodam pretium locum in hoc contractu? Diminutio futuri lucri, quod forte percipit, & non percipi potest. Porro diminutio futuri lucri incerti separati, pretium affecurati lucri certi, quantumvis minoris, esse nequit; ut omnia iura clamant. Omnia ergo in contractu hoc triplici commentitia. Ficta societas, affecuratio chimærica, ficta venditio, ficta emptio.

## §. VI.

Iniustitia triplicis contractus evidentè demonstratur.

I. Societas que omnia pericula in unum sociorum reicit, leonina est, & iniusta. Verum est, inquit, nisi pericula hæc pacto pretio compenitentur. Quodnam pretium illud? Diminutio futuri lucri. Sed quid hoc aliud, quælo, est, nisi quod merx it simul & merx, & pretium; cum pretium extrahendum sit ex fructu eisdem mercis? Præterea lucrum futurum potest, & non potest evenire. Nulla autem æqualitas inter mercedem certo restituendam una cum pretio solvendo, & lucrum futurum incertum, licet maius. Hoc lucrum futurum incertum æquare ne potest & securitatem fortis certo restituendæ, & securitatem pretii certi in omni eventu solvendi? Horrorem inguualitatis exemplo declaro. *Sempronius* cum *Caius* mercatore societatem init in annos decem. Constat *Sempronius capitalista* mille ducatos negotiandos. *Caius* pont indultum, & operas, que pecunia plus minusve prælerant aquant. Paciscuntur, quod *Caius* prælerare formem debeat, elapso decennio, & singulis annis solvere quatuor in centum. *Sempronius* nec obolum numerat pro lucro certo solvendo, sed totum pretium deducendum licet, ex maiori lucro futuro incerto ex negotiatione percipiendo. Primo, aut secundo anno *Caius* naufragio, vel incendio, vel furto capitale integrum amittit. Quid in hoc evenit & probabilitate, & non raro? Quid? Iuxta patro-

T 4

nos

nos contractus trini *Causis* socius solvere quotannis quadraginta ducatos debet; & decennio elapso restituere integram sortem debet. Proventus annualis solvitur, societate sublata. Proventus ergo utriusque est adversariorum concessio. Ad usura missa, de qua infra, ubi equalitas, ubi iustitia?

II. Alio ex capite demonstri iniustitiam huius triplicis contractus. Ut securitatis partem in sum sit, pretium solvendum est proportionatum periculo sortis praefandae. Porro asecratus quomodo pro trino contractu excogitant ingeniosi Theologi, adeo singulari & peregrina est, quemadmodum supra indicavi, & nunc ostendo, ut nemo rei mercatoris peritus illius meminisset, nisi acuti iuniores quidam Theologi illam visum speculationibus evulgassent. Contractus asecratus, quem iura admittunt, de hoc, aut illo iuris periculo, extrinsecus contingere, cavet, nempe a piratarum incurfione, a temporali naufragio, ab incendio &c. Asecratus hae castissima, adiecta trino contractui, cavet ab omnibus periculis tum extrinsecis, tum intrinsicis mercaturae, utque ad negotii consummationem: Cavet a periculis terrae, maris, diminutionis pretii, diffidit venditionis, mercedum corruptionis: a periculis infidelitatis famulorum, vel emporum, qui decedentes sunt. Ubiam simile asecratus is spectum? Quis prudens, nisi sit necessitate habenda pecuniae coactus, similiter praestabit, aut praestabit unquam asecraturam?

III. Sed sioge, aliquem talem praestare asecraturam, sicut reipsum praestant trini contractus socii: quodnam tum pretium iustum quod tam amplae asecraturae respondet? Annuadventum rei negotiorum peritissimi, adeo magnum debere esse pretium, cumibus his de quibus caetero, periculis respondens, ut nulla apud nos negotio illud parat. Debent negotio reddere saltem quadraginta in centum. Nam magna iustus huius praefandenda est ad asecraturam caput, seu capitale socii mercatoris, nempe industriam, & operas quae ipse ponit. Altera aequalis pars ad asecraturam pecuniae sortem. Postremum altera portio ad solvendum incertum minus emptum pro minori terro. Haec sola tria capita absorbent quodcumque negotiationis, etiam secundissime, lucrum. Er tamen duae adhuc portiones superesse deberent: Altera pro solvendo certo minori proventus quatuor, aut sex in annos singulos. Et tandem altera portio pro ipso socio negotiatore. Haec obvia

sunt, & sub sensu cadunt, ut inquit Cardinalis de Luca, cuius auctoritas in hac materia praevalet non parvo Casuistarum manipulo. Is *Lib. 1. de usur. discus. l. n. m. 16.* haec scribit. Hoc autem impracticabile videtur in lucro retrahendo in pecunia numerata. Quoniam ad effectum ut creditor, seu mutuator asecratus tam de sorte, quam de lucro obtineat quinque pro centenari, oportet dare lucrum in lucro devahere prius oportet portionem quodammodo colonicam, debitam ipsi mutuario, tanquam socio ponenti operas, pro istarum congrua, & proportionata remuneratio. Deinde vero de eo quod superesset ad commodum creditoris, tanquam partes portiones dominicalis, detrahenda est magna, & notabilis quantitas, quae verisimiliter sit congrua merces dicte duplice asecraturae, etiam a quibus terro negotiator facienda, quod videtur impracticabile. Hoc idem advertunt duo celebres Theologi Sicili, *Mintulus, & Gemarus.* Porro negotiationis naturae, etiam secundissimae, vig. duodecim, aut quindecim in centum reddunt; ut rei mercatoris perit testantur. Ubi ergo equalitas, ubi proportio, quam iactant trini contractus patroni? Nonne evidens argumentatio haec est, ab ipsius artis experientia accessita, quae iniustitiam contractus trini patefacit? Faciant ergo a scholis nostris inanum subtilitatum pugna, dum de praxi, & reali commercio sermo est. En quam futilis sit cavillatio illa argutatio, cui maxime fidunt adversarii: *Asecraturam licita est omnino. Ergo et cum socio.* Tertius sortem cavet ab hoc vel illo periculo extrinsecus contingente, accepto pretio. Socius inauditum asecraturam portentum praestit: cavet enim de omnibus periculis possibilibus tum extrinsecis, tum intrinsicis, tum iuris, tum facti utque ad negotii consummationem, nullo certo pretio accepto; sed totum illius & pretium, & lucrum huius est in saluti spe incerti magis lucri. Haec omnia simul accepta luce clara evincunt iniustitiam illius chimerici contractus; atque commentum eum esse vanissimum patefaciunt.

## §. VII.

Contractus trinus lapsata usura pollutus. Dominici Soto argumentatio luculenta. Responsa Navarii, Lessii, Gibalini vana. Theologorum, & Canonistarum auctoritate confirmatur sententia nostra.

I. **P** AUCIE perstringitur argumentatio qua P. Dominicus Soto contra Navarum trini contractus usuram evincit. Contractus societatis, duabus aliis factionibus circumscriptus, recidit in merum mutuum. Quoniam pecunia in societatem primum collata, accedentibus aliis duobus contractibus, in dominium immigra loci mercatoris. Ergo transit reipsum in parum mutuum.

II. Negant adversarii dominici translationem, non ratione aliqua, sed necessitate negandi utriusque contractus ducti. At illud sic ad incitas redigo. Tota domini natura in hoc fita est, quod dominus possit pro libito de re cuius dominus potitur, disponere. Haec est tota domini natura: Ex qua consequitur quod si res perat, domino perat; si stat, domino stat. Contingere potest ut res perat, & non domino; quemadmodum patet in asecraturae ab hoc, vel illo periculo iuris: tum enim perit asecraturae, & non domino. Si tamen stat, non asecraturae, sed domino stat. Quamobrem fieri nequit ut res alicui perat, & si non perat, eidem remaneat; & simul dominus non sit. Atqui in trino contractus, si pecunia perit, socio mercatori perit; si stat, eidem stat. Ergo verus eisdem dominus.

III. Respondet P. Gibalinas *Lib. 1. cap. 111. art. 3. num. 5.* ex Navarro, Lessio, ceterisque asecraturae, argumentationem Soto intrinsecus exemplis commodatarum, depositarum, locatarum. Exempla haec tantis Theologis diuina non sunt. His exemplis videntur Galvinius, Molinæus, Salmatius, & omnes utriusque patroni. Contentendae sunt hi, quod sicuti locatur domus, ager, equus, ita locari pecunia possit. Omnes Catholici negant, locari pecuniam posse. Et omnes fatentur, licitam esse locationem domus, equi, agri &c. ob rationes quas supra dedi largi manu. Pudere sane adversarios deberet talia obtrudere exempla, quae errorem haereticorum confirmant, seu ab ipsis haereticis decurta sunt. Manifestum quippe est, Galvini, Molinæum, Salmatium, ceterosque primos fuisse qui istis exemplis uti sunt, ut licitam pecuniae locationem evincerent. Alterum ergo necessa-

rium. Aut exempla haec fatilla, vana, inepta sunt; aut hi quid probant, evincunt usuram licitam esse.

IV. Intelligent ergo tandem aliquando adversarii, nos non inferre ex quocumque asecraturae dominici translationem; sed tantum ex asecraturae rei quae illi constituitur, quaeque proprie mutui asecraturae modo dicto pecuniae, quae illi constituitur, in domino eisdem dominium transferunt. Ideo necessario eisdem dominium transferunt. In domo, equo, agri locatis, vel commodatis istos distinguimus a rei substantia: imo asecraturae non transfert dominium, sicuti nec locatio.

V. Reponunt Lessius, Luao, Gibalinas, & alii. Socius operarius nequit pro arbitrio in quocumque utros acceptam pecuniam distrahere; sed tantum negotiationi applicare. Ergo non est eisdem dominus. Aut verum est antecedens, aut falsum. Si secundum, his finita est. Si primum: ergo nova iniustitia in contractu trino. Proprietas domini est quod res commoda, & incommoda domini sit. Sed in contractu trino reipsum fit stat pecunia socio operario. Ergo is dominus verus eisdem est. Quo posito, nova iniustitia est in trino contractu, quod veri domini vnicuique devincere manus velis, ne is valeat in quocumque utrius rem suam distrahere. Si res perit, eidem perit, si locum parit, eidem parit. Et ut eisdem ad libitum nequit, quae maior iniustitia quam talem impedire voluntatem? Quid, amabo res, interest creditoris capitalitatis, quod socius operarius in quocumque utrius pecuniam acceptam distrahatur? Pecunia creditoris asecraturae est. Proventus erit, amque securi. Anne creditoris quidpiam crevit, vel decrevit, quod locus operarius pro arbitrio pecuniam applicet vel praedat, & censibus emendis, vel sine maritanda, vel negotiatiois exercenda? Nihil sane, si contractus trini natura spectetur. Ergo irrationabilis, inutilis, & iniqua est creditoris istius voluntas, quae liberam socio operario impedit dispositionem, ex qua neque commodum ille percipit, neque detrimentum patitur; sed haec omnia ad locum pertinent.

VI. Evidentissima haec sunt. Verum quia, his concessis, utriusque contractus necessario apparet: ideo adversarii voce tenuis, sophistarum more, negant hanc domini translationem. Sed praeter argumentationem factam eisdem redargunt omnes, quotquot medio contractu trino pecuniam tradunt mercatoribus. Illi omnes clamant: Ideo licitum est relpui-

reprimis societatem, ut molestias, turbationes, incommoda declinemus. Quia quos mercatores aduaces sunt, & temerarii, qui pecunias nostras, in simplicem societatem acceptas, exponunt mercatoribus, & negotiatoribus periculosis, ingentis lucri cupiditate succensit; ideo ut hæc nos pericula declinemus, & illi libere negotiari valeant, paruo contenti sumus lucro, ut tranquille vivamus. Prohibito sic pecunias applicant, dummodo ad nos vivum tutum, securique provenientis præstito tempore redeant. Quid nostra interest quod socius vel in præda, vel in hanc aut in illam negotiationem pecuniam diffrat? An, ex hac præ illa applicatione crescent proventus nostri?

VII. Hinc altera eruitur argumentatio. Semper capitalia, celebrato trino contractu, omnem maioris lucri spem præcidit. Ergo & negotiationi se libudat. Fimis quippe negotiationis lucrum est. Ergo dum lucro renuntiat, negotiationem respicit. Qui enim finem reculat, & ea quæ in finem tendunt, relinquit necessum est.

VIII. Insultum Lessius, Gibalinus, Lugo, & ceteri. Etiam contractum trino positum, semper periculum remanet ne mercatores deceptoribus fiant. Verum habet. Sed hoc periculum non ortus est contractus; immo vi contractus omne periculum cessat. Quemadmodum nullum periculum adest, dum pecuniam in serinio clausam habet; & tamen perire furto, incendio, aliove eventu potest: similiter in presentia vii triplicis contractus. Periculum quod aliunde ortus pericula possunt, non tollit usuram contractum trino. Numquid in venditione, & quolibet alio contractu excedere iusti pretii limites valet, quia pericula contingere possunt, ut emptores deceptoribus fiant? Si hoc asseratur; nulla amplius in commerciis iustitia, fides nulla. Verum de hoc plura iam dicta sunt. Inslet P. Gibalinus: Si esset mutuum, non esset necessarium pactum assicurationis. Effugium lepidum. Societas non est mutuum ante pactum assicuracionis; sed, pacto adiecto, societas immigrat in mutuum. Non modo ergo insultum est contractus trinus, & chinciricus, verum etiam usurarius, quemadmodum illum definitur Sixtus V.

IX. Præter auctoritatem summorum Pontificum, & invidiæ rationem momenta que hæctenus expolui in favorem sententiæ nostræ, accedit quoque graviorum Theologorum pastinonum. Eam defendunt S. Thomas, S. Bonaventura, S. Raymundus, S. Antoninus, Geson, & omnes qui ante Ma-

riem scripserunt. Ex recentioribus, Crastinus, Mercadus, Soto, Bannes, Ledesma, Ioannes a Cruce, Ioannes a S. Thoma, Prædus, Tapin, Minutulus, Natalis ab Alexandro, Gennarus, Billuart, Rebelus, Sylvius, Azorius, Aragonius, Azorius Gayte, Stepan, Gomatius, Henricus a S. Ignatio, Elpejo, Balserinus. Ex Canonibus Accursus, Ancheranus, Calderinus, Parladorius, Sarmiento, Filicinus, Gomez, Raphael a Fano, Binsfeldius, Panormitanus, Cardinalis de Luca. Mitto celebres Ictos. Lege *diff. iv. de usura contr. trin.*

## §. VIII.

*Diluntur adversariorum sophismata. Argumentationes P. Lessii, & P. Viva. expenduntur.*

I. Illud semper mirandum, & serio meditando est, quod ingentissimos iuniores nullum Ecclesie documentum, nullum aliquid, sive Episcopi, sive Synodi, decretum allegare in subsidium propriæ opinionis hæsitent potuerint. Sed hoc illis in more est. Opponit quidem P. Gibalinus cap. per *versas* &c. Sed hæc est, inquit Cardinalis de Luca, *manifesta fallacia*. Vide *loc. cit. diff. 111. cap. 1. §. 2. P. Gibalinus prolixum Anctorum censuram* textit. Citat Angelum, Sylvestrum, Finium, Tabienam, Gabrielem, Maiorem, Ekitum, Angles, Medianam, Toletum, Garziam, Valentiam, Lopez. Qui omnes expungendi ex eiusdem catalogo sunt, partim quod de trino contractu non loquantur, partim quod Maior, Lopez, & Garzias trinum contractum proponant tamquam fraudum, & usurarium periculis obnoxium.

II. Ceteri Theologi, citati a P. Gibalino, sunt Lessius, Mohra, Castropalaus, Bonacina, Homobonus, Malderus, Megala, de Lugo, Scorin, Reginaldus, Filicinus, Salon, Diana. Citat quoque plures Canonistas, quorum plures oppositum docere adverte *de usura contract. trin. diff. 111. cap. 1. Exiguus* quatuordecim Probabilitatum manipulis quidem quem ne probabilitatis tribuere potest opinionem quem Sixtus V. teste BENEDICTO XIV. tot Univeritates, tot Synodi, tot Episcopi, & nobilior Theologorum pars, ut pravitate usuraria plenam, damnant?

III. Obiciunt r. Liciti sunt hi tres contractus cum tribus personis. Ergo & liciti cum eodem socio. Contractus qui sanctorum iniuri valent, quidni simul celebrari possunt? *Ista siquidem etiam moralia* (inquit P. Gibalinus

linus *loc. cit.*, ex pluribus etiam in sese intergris, & perfectis coalescere poterant quamdam moralem passum. Quid hanc unionem impedit? Non iniustitia, non usura. Ergo liciti.

IV. Repit. Hoc sophisma plane ineptum non plus virium habet quam illa. Petrus est prædestinatus, Iudas est reprobus: ergo idem Petrus prædestinatus, & reprobus esse potest. Licite sunt plures uxores successive: ergo licita est simulanea uxorum multitudo. Contractus emptiois, & revencionis liciti sunt cum diversis personis: ergo contractus mohatra licitus est etiam respectu eiusdem persone. Hæc sunt malcula adversario rationacia.

V. P. Leonardus Lessius post Sixti V. constitutionem damnantem contractum trinum, præ aliis omnibus non modo eundem contractus defendentem suscepit, sed in sanæ doctrine propagandas turbare pacem, & publicam commerciorum quietatem, viduam, pupillorum, nobilium commoda impedire. Porro is qua ratione defendit contractum mohatra, eadem defendit contractum trinum. Probo. P. Lessius *Lib. II. cap. XXI. dub. 16. pag. mibi 223. num. 130.* hæc ratione defendit contractum mohatra. Proponit titulum. *Utium venditiones, & emptiones reciproce eiusdem rei diverso pretio, quas Hispani vocant Baratas, & Mohatras, sint licite?* Et expolito contractu respondet.

Quidam DD. exillimant id esse iniustum, & palliatam usuram, quando idem redimitur qui vendidit. Sed verius est non esse iniustum, etiam si revendat ipse venditor, modo intra limites iusti pretii consistat. Ratio est: quia & venditio prima iusta est, cum fiat iusto pretio, quamvis summo: & secunda etiam iusta est, quia exdem merces revenduntur. Nec refert quod hæc venditio fiat pretio infimo: tum quia pretium infimum est etiam iustum, & presertim in a numerata pecunia: tum quia merces que a venditore ingeruntur, vilescunt. Nec etiam refert quod idem sit emptor, qui ante erat venditor. QUIA SI ALIUS QUIVIS POTERAT ILLO PRETIO EMERE, CUR NON ET ILLE QUI VENDIDIT?

VI. Imploro nunc defendentium contractionis trinum sinceritatem. Nonne ipsissimum rationibus descendit contractus triplex ac contractus mohatra? Contractus venditionis separatus est licitus, licet pretio summo. Contractus revencionis separatus est licitus,

licet pretio infimo. Nec refert quod idem sit emptor qui ante erat venditor: quia si alius quisvis poterat illo pretio emere, cur non ille qui vendidit? Contractus assicuracionis, & contractus venditionis liciti sunt coniunctim cum eodem socio. Sicut ergo illa ipse rationes & pro contractu mohatra, & pro contractu trino. Damnatus est contractus mohatra. Ergo damnatus est contractus trinus. Contractus mohatra, in quo pactum prævium intervenit revencionis, damnatus est. In contractu trino interveniunt expressa pacta assicuracionis, & venditionis. Ergo vi iusti rationis tanta evidentiæ damnatus est contractus trinus, quantum evidentiæ damnatus est contractus mohatra.

VII. Hæc solum evincunt, inquit, damnatum esse contractum trinum. Scilicet. Hoc mihi fat est. Plus non expolco. Quorsum hæc oppositio? Quorsum? P. Lessius non defendit contractum mohatra cum pacto prævium. Non? Propugnat contractum quem Hispani vocant Baratas, & Mohatras, quem postea damnavit Ecclesia. Quid plus exigit? Verum ne quis suspicet invidiam consistam esse P. Lessii, retricio *quæ loc. cit. immediate subicit*, Adverte tamen, hunc modum contrahendi sæpe non carere culpa in mercatore, qui ex COMPOSITO ita vendit, ut pretio infimo redimat. Nam primo peccare potest contra caritatem, ut si cogat miserum aliquem hominem (quid, si miser non sit) emere merces quibus non eget, magno (quid, si parvo) illius dispendio, cum possit illi facere, & absque suo incommodo mutuum dare. Secundo præbendo nullum exemplum. Nam contractus ille habet speciem mali, & suspicionem uitæ. Tertio *frapsum*, & suo infamando. Non tamen tenetur ad revencionem, ut inquit Navarrus: quod intellige ex iustitia.

VIII. P. Dominicus Viva in hanc prop. ad. damnatum ab Innocentio XI. non. 1. inquit. Communitur tamen docent apud Lugdunum... Lessium... Dianam... esse iniustum, & asuram palliatam continere. Nec reperit inter Auctores qui oppositum docuerunt. Ergo Innocentius XI. abique necessitate propositionem chimericam, & Catholicorum nemine propugnatam, damnavit. Numquid dum Romana Sedes, Episcopus supplicatione exorata, opinionibus erroneis, falsis, scandalis plenas prohibuit, non Theologorum catholicorum, sed Abyssinorum, Æthiopicum, Sinenium opiniones damnat? Communitur, inquit P. Viva, docent Theologi

